Annexe 2 :

FRANÇOIS VAN DER BURCH (archevêque de Cambrai), Mons, 30 septembre 1629, mémorandum, Archivio di Propaganda Fide (APF) Vatican, *Scritture generali riferite nelle Congregazioni generali* (SOCG), vol. 205, fol. 417r-420v. Avec les notes du secrétaire Francesco Ingoli.

Copia litterae Ill.mi et R.mi Archiepiscopi Cameracensis scriptae R.P.D. Vives.

Ill.me et R.me D.ne

~~291~~ ~~95~~ ~~336~~

417

Scripsit ad me Ill.mus et R.mus D. Card.lis Bandinus mense Julio ex parte S.ae Cong.nis de Propaganda Fide, ut Institutum Jesuitissarum per totam meam dioecesim extingueretur. Cumque ad S. istam Congregationem de re tota debite informandam responsum pararem, nunciatum est mihi, eum de hac vita decessisse. Ea propter quas ad eum literas dedissem, ad Ill.mam et R.mam D.V. quae in eadem S.ta Cong.ne non infimum locum tenet, dandas esse iudicaui, humillime supplicans, ut benignis oculis quae subijciam inspicere dignetur.

Nullas omnino in mea dioecesi habeo Jesuitissas. Sed sunt in uarijs locis Congregationes honestissimarum puellarum, quae juuentutem sui sexus gratis docent. Earum pleraeque gloriosissimam Virginem Mariam, aliae sanctam Agnetem Patronam habent, et inde filiae domus B. Mariae, et Agnetianae appellantur. Subinde tamen maleuoli eas per irrisionem Jesuitissas uocant, at iniuste, cum nullo modo Patribus Societatis sint subiectae, nec regulam eorum profiteantur, aut profiteri intendant.

Respicit tamen à Jesuitis, illisque [illegible] et ita nuncupatae dant à Jesuitis: non in [illegible] ex relatione Missionariorum id didici etc.

Fuit quidem Leodij Congregatio Anglarum, quae nomen Jesuitissarum, ut audio, usurparunt, tria vota Relig.is emiserunt, per mundum uagabantur, missiones facere intendebant, nec a praedicatione Euangelij abstinebant. Sed nostrae Agnetianae et filiae domorum B. Mariae longe sunt aliae, nec ullum unquam cum ijs commercium habuerunt. Non uagantur per mundum, non faciunt missiones, non praedicant, non emittunt tria uota Religionis, nec habitum Religionis deferunt, sed uouent duntaxat castitatem, et praefectae domus obedientiam promittunt, sine uoto paupertatis.

Merito itaq. prætacta Cong.° institutum istarum Anglarum abolendum iudicavit, quia inconsulta Sede Ap.ca novum ordinem, seu Religionem contra sacros Canones et Concilia Lateranen. et Lugdunen. inducere conabantur. At nihil tale unquam cogitatum à filiabus B. Mariæ, Agnetianis quidem Camerac. nonnullæ tria vota simplicia fecerunt sine respectu ad aliquam regulam, sed si S.mo D. N. ea irritare, seu nulla esse declarare, utq. inposterum ab ijs abstineatur mandare placuerit, promptissimè, sat scio illi obedietur.

Institutum prætarum Congreg.um filiarum B. Mariæ, et Agnetianarum non est ab heri, et nudiustertius, nec inventum à me, aut meo tempore, sed à 20. 30. 40. et pluribus annis in Belgio cœpit.

Erat olim magna penuria scholarum. In multis locis viri masculos et puellas promiscuè docebant, et inde orta fuerunt magna et gravia scandala.

Maiora scandala ponit oriri ex cong.is istis, et numera notab.i in scriptura allata ex Belgio de istis molestiis et Archi. cong.is et ph. ... Archiepi.

Alibi reperta Ludimagistra non sana in fide, quæ et discipulas erroribus imbuerunt ac perverterunt.

Cumq. hæreticis proprium sit fidem nram Catholicam simulare, ut venena sua occultè diffundant, facile profecto Ludimagistra quæ sola et sine teste docet, virus perversæ doctrinæ incautis discipularum animis instillare pot.

Ad scandala et pericula ista præcavendum, factum est in multis Civitatibus et oppidis, ut Magistratus de scholis per prætactas Cong.nes erigendis cogitarit, erectasq. varijs exemptionibus, et privilegijs munierit. Et meritò quidem.

Nam ubicunq. eiusmodi Cong.nes sunt, florent scholæ puellarum quam maximè.

3 A matrib. id melius fit ... istar. cong.ium Archiep. in eq. ...

Gratis omnes docentur, optimis moribus, et solida pietate imbuuntur, omnibusq. puellaribus artibus egregiè instruuntur.

Puellæ

Puellæ ita instructæ evadent optimæ Matresfamilias, ipsiq. Respub.ca multum iuvatur, et confirmatur in fide ac bonis moribus, quia filij et filiæ in institutione à matribus potissimum dependent.

4 Scholæ ... frivola ... diligenter ... singulis ... orbi ... magistrulæ.

Taceo privatas scholas, et si optimæ sint, facilè concidere, saltem morte ipsius magistræ. At scholæ istarum Cong.um sunt perpetuæ, cum semper sint ad manum quæ morientibus magistris, aut inidoneis effectis succedant.

Taceo in alijs scholis non multas doceri, cum singulæ magistræ nonnisi unam scholam aperiant. In Cong.bus vero prætactis, cum multæ sint filiæ, multas scholas aperire possunt, et de facto sola Cong.° Montensis septem distinctas scholas habet, et in singulis duæ aut tres sunt magistræ, quæ pauperes æquè ac divites diligentissimè et gratis docent. Sunt præterea ibidem quinquaginta penè commensales, ac inter eas multæ nobiles, quæ ex locis longè dissitis, etiam hæreticis subiectis eo venerunt, et quam optimè educantur.

5 Et ... quia magistræ multiplicat.ur ob lucrum ... per Italiam ...

Ob has et alias causas prætactæ Cong.nes diversa privilegia à Ser.mis Principibus Belgij, diversasq. gratias à diversis Nuntijs Ap.cis obtinuerunt; Indulgentias quoq. plenarias à S.mo D. N., prout apud modernum D. Nuntium nuper probavi.

6 Indulgentiæ cong.is ... approbant illas, ... supponunt ... probatæ.

His beneficijs ac favoribus nixæ præfatæ Virgines, grandes sumptus fecerunt in ædificijs. Et quidem solæ Montenses ex dotibus suis facilè septuaginta millia florenorum ijs insumpserunt. Unde ex dissolutione Cong.num earum, plurima, eaq. gravissima incommoda, et maxima præiudicia familiarum, ex quibus prætactæ Virgines oriundæ sunt, magnæ turbationes proculdubio nascerentur.

7 Possent ... varijs modis, et si non possent ... ut ... dissolut.

Gravis quoq. ijs nota infamiæ inureretur, quasi malè se gessissent, cum tamen hactenus nullum scandalum dederint, imò longè sint à periculis, quia ...

... contra decreta conciliorum et constit.es ... et quod dr de infamia nihil est, quia causa dissolut.is ...

bine semper incedunt, et viros domi non admittunt.

Cum itaq. præfatæ Cong.nes ac scholæ ipsi Reipublicæ Christianæ sint utilissimæ, et ad fidem conseruandam, et propagandam plurimum conducant, nec sine maximis turbationibus, et inconuenientibus deleri, aut supprimi possint, supplico Ill.mæ et R.mæ D.V. quam possum humillime, ut ijs fauorem ac patrocinium impertiatur, earumq. protectionem suscipere dignetur.

In hoc nostro Belgio non est nouum, ut plures piæ Virgines, aut feminæ sub obedientia vnius præfectæ, ac certis legibus simul uiuant. A tempore immemoriali, imò aliquot centurijs annorum id fieri consueuit.

Ab octingentis et pluribus annis instituta sunt Collegia nobilium Virginum, quæ habitu à secularibus multùm distincto indutæ horas Canonicas in choro simul decantant, et ab hoc officio Canonicæ uocantur.

Sunt et plurima Beginagia, in quibus honestæ puellæ, ac Viduæ magno numero degunt, votis quidem obedientiæ ac castitatis obstrictæ, at sine uoto paupertatis et sine clausura. Et in dictis Beginagijs multi sunt Conuentus, in quibus non paucæ Beginæ sub una Rectrice simul habitant, certisq. legibus astringuntur.

Sunt et Congreg.nes in incontinentiam lapsarum, quæ ut se mutuò custodiant ne relabantur, simul in communi uiuunt, sub obedientia quidem et in habitu regulari, sine uotis tamen et clausura. Huiusmodi est Valencenis soli Magratui subiecta.

Similiter sunt antiquæ Cong.nes Virginum in communi uiuentium sub obedientia vnius præfectæ, ac propriis seruientium, habitumq. Religionis deferentium,

quæ

8 Hoc de Sanctis canonicis ex pro= fessis constit.? falsitas nota [illegible] in illis [illegible] [illegible] et [illegible] ad uota et clausuram [illegible]

9 [illegible] Apost. ap= proban. has canonicas [illegible] non clau[illegible] [illegible] et illas [illegible]

10 Hæ [illegible] sunt [illegible] à [illegible]

11 [illegible] fiunt ex [illegible] [illegible] et [illegible] clausura [illegible]

quæ tamen nec tria uota Religionis emittunt, nec clausuram seruant. Huiusmodi sunt in mea diocesi hospitalia S.ti Nicolai Montibus Hanoniæ, S.tæ Mariæ Magdalenæ Athi, et Valencenense.

Cumq. aliquando de tribus uotis emittendis cum ijs actum fuit, Magratus locorum id non permiserunt, nec permittent unquam, ne Jurisdictioni eorum subtrahantur, et Ordinarijs subesse debeant.

Et cum aliquibus obijceretur, modum istum uiuendi non esse à Sede Ap.lica approbatum, et uideri contrarium capit.o finali de Religiosis domibus, et cap.o vnico eod. tit.o in sexto. Mox responsum fuit Capitula ista non intelligi de illis qui inducunt nouum modum uiuendi religiosè non facta professione; et Cong.nes causa pietatis seu deuotionis Xpianæ non prohiberi, sed liberè institui posse, et non requisita Epi licentia. Et in eam rem allegati fuerunt multi Doctores, inter alios D. Cardinalis cons.o 139. quod incipit In aliquibus locis, et Felinus in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constitutionibus.

Multò minus clausura à prædictis Cong.bus impetrari posset, tum quod per eam præcipuæ illarum functiones impedirentur, tum quod Consiliarij Regij et Magratus passim teneant, capitulum Periculoso, de statu Monachorum in sexto, et hac Conc. Trid. sess. 25 de Regular. cap. 5. Sanctimoniales duntaxat ad clausuram obligare, et nullo modo coetus Virginum liberos. Et quoad Bullam Pij V.ti aiunt eam nunquam in Belgio publicatam, nec usu receptam fuisse. Imò multa Monasteria tertiariarum, et nonnullæ Abbatiæ, in quibus tria uota substantialia Religionis secundum approbatam regulam emittuntur, clausuram non seruant, nec Epis eam præcipientibus obeditur. Episcopus Epus Gandensis ordinauit eam in Abbatia Montis rosarum, quæ est

12 Hæc omnia ex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

13 Dissoluendum et sic [illegible] [illegible]

14 cap. finale et [illegible] [illegible] [illegible] Religiosis domus [illegible] [illegible] [illegible] cap. vnicum [illegible] nihil [illegible] [illegible] ad quod allegatur

15 [illegible] sunt [illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible] post [illegible] Pij V. [illegible] [illegible]

16 Ad [illegible] Apost. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in locis [illegible]

17 Sunt abusus, [illegible] [illegible] ad [illegible] huius [illegible]

18 Parcola è hec tenasio, sed ordini Creditur in immodi cap. preliminaris de statu regul. in 6° plasis capit. cum incommodis malattia grave in giur clausura ubi non è, ut in d. cap. preliminari §§ finali.

ordinis S.^ti Augustini, idemque prestitum a succoribus meis in eodem Capitulo, sed sine fructu hactenus, Abbatissa et Sanctimonialibus obtento rescripto Ap.^lico sese in Judicio fortiter opponentibus, et modicum tenentibus, se non comprehendi Decreto S. Conc. Trid.^ni, eoque dumtaxat mandari, ut clausura conservetur ubi est, et restituatur ubi fuit, se autem nunquam habuisse clausuram.

19 Per supra ne preditis è maiore dogma hic his cap. quomodo.

His omnibus ita se habentibus iudicet Ill.^ma et R.^ma D.V. an his turbulentis temporibus Cong.^nes, de quibus agitur ad tria vota Relig.^is emittenda, et clausuram recipiendam ita urgeri expediat, ut nisi id fecerint, extingui debeant, præsertim cum ingens damnum animarum, permagnæ turbationes, et non levia scandala inde sint eventura.

20 Iudicando hoc è contra sedis Apost. sensum, et sue cononic et contra.

Ego sane, si quod sentio dicere liceat, prætactis Cong.^bus et Scholis nihil utilius et efficacius ad fidem nostram conservandam, et propagandam inveniri posse existimo, atque ideo eas non deleri vehementissime peropto.

Scio Bruxellis initium aliquod fuisse similis Cong.^nis, sed tenue admodum fuit. Octo enim puellæ tantum, aut circiter in domo non amortizata, sine fundatione simul habitantes puellas docebant, atque ideo et sine turbatione extingui potuit; si extinctum dici queat, quandiu omnes simul habitantes, sine votis et clausura, Juventutem etiamnum docent, prout antea docuerunt.

Egi cum Præfectis Congregationum quæ in mea Diœcesi sunt, et varia illis proposui, per quæ ad clausuram et tria vota induci posse videbantur. Sed illæ tam multa in contrarium allegarunt, ut in conscientia mea existimem magis expedire, ut nihil innovetur.

21 Non potuit rumors allegati a multis in contrar. sed. Apost. ... sensum.

Et si S.^mus D. N.^r plene informatus esset de omnibus, non dubito quin sicut ibi in Turri speculorum

speculorum multæ Nobiles Matronæ ac Virgines cum votis castitatis, et obedientiæ, sine clausura, et voto paupertatis, permittente et probante Sede Apostolica simul vivunt, et nostris Congreg.^bus societatem permitteret, præsertim Ill.^ma et R.^ma D.V. intercedente, quam et ideo iterum atque iterum humillime rogo, ut id officij præstare dignetur. Deus erit merces magna nimis, et pro illius longæva incolumitate orare nunquam desinam. Montibus Hannoniæ 6.^a septembris 1629.

22 S. V. H. nunquod facit contra sacros canones et contra disposit. hoi, quod dicit Archiep.

Ill.^mæ et R.^mæ D.V.

Devotissimus servus

Franciscus Vander Burch

Archiep.^us Cameracen.^s

[illegible]

5 Ottobre 1629

[illegible]

Ill.mi di Fiandra

in Fiandra

6 settembre 1627

L'Arcivescovo di Cambrai.

Distinguendo le Gieswitesse d'Inghilterra da quelle di Mons. d'Alby, et altri luoghi di Fiandra, che non vanno vagando pel mondo, ne fanno missioni, ma vivono congregate co'l voto simplice d'obedienza, overo co li 3 voti puri semplici senza rispetto ad alcuna Regola, et insegnano con molto frutto alle fanciulle che poi divengono ottime madri di famiglia, supplica che queste non siano escluse massimamente che da 20, 30, e 40 anni in qua sono introdotte in quei paesi, ne quali

+ si vivono Bizzoche, una piccola che le maestre Bizzoche pascessero delle fanciulle istillato à poco à poco le d. Bizzoche, e che sono riuscite e vivono honestiss.te e senza scandalo: e finalmente che non sono queste espresse da sacri canoni e bolle pontificie, come il Longo si sforza di mostrare co 'l Navarro, et Caspio, et anche di Roma.

Che si puo leggere nella scrittura pratica del Seminario.

a parte. Non si può dubitare che queste congr. di femine senza voto, e clausura non siano prohibite da sac. canoni e bolle pontificie.

P.a nel cap. periculoso de Relig. domib. Bonifacio VIII ove nel § pi sub obtestat. divini iudicii, et interminat. maledictionis, comanda agl'ordinarii la clausura in tutti li monasterii di monache.

2.o Il concilio Viennense nella Clem. fin. de statu monachorum non vuol approvare l'istituto delle canonichesse

+ 3.o il med.o concilio Viennense nella Clem. p.a de Religiosis domib. prohibisce espressam.te lo stato delle Beghine che non rendevano al pp.co, e non professavano sotto Regola approvata, e prometteva solamente le donne Bizzoche che vivono nelle proprie case.

Hor ecco che le Beghine insegnavano Bizzoche: perche il d. concilio non solo le prohibisce per Bizzoche, ma espressam.te prohibisce per modo di vivere

4.o Il sac. concil. di Trento ha innovato il cap. periculoso sotto le medesime comminat.ni: et se ben la costitut. di Bonifacio et Clem. et il concilio di Trento parlano delle monache, tuttavia si vede che le congr. di donne che non sono monache sono in d.a costitut.ne e concilio comprese secondo il senso della s.ta Chiesa Romana: perche Pio V doppo l'anno nella

sua bolla circa pastoralis officii innovato, et approvato il capitol. periculoso, et insieme la disposit.ne del concilio di Trento soggiunge il § Mulieres quoque, quas tertiarias vocant espressam.te questo modo di vivere in congr. senza clausura e voti nelle donne viene prohibito.

5.o conforme alla prohibit.ne della d.a bolla la congr. del concilio ha scritto lettere nelle quali à queste donne si prescrive un termine à far la profess.ne, altrimente tornassero alle lor case.

E la congr. de Regolari ha similmente scritte lettere in conformità di d.a bolla per le Bizzoche di Pistoia. La congr. di propag. fide per le Bizzoche di Dalmatia. E la congr. de V.V. rispondendo B. M. Card. Bordolotto ribattè la domanda di certa congr.ne di donne d'Avignone, che volevano l'approvat.ne